



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Sacr[um] Christi corp[us] cu[m] manducatur in eucharistia neq[uam]
dentium aut stomachi iniurijs exponi: neq[ue] in corpis eam sumentis
transire substantiam. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

8
 presentat. ¶ Demum hæc admirabilis Christi in
 sacra eucharistia uere presentis, condescensio ad
 nos & humilitas: non subiacet amplius ignominia
 neque passioni ulli est obnoxia, sicut fuerat
 añ peractū nostræ redemptionis in cruce mysteri
 um. sed omnino gloriosa est illa humilitas & hono
 rifica: immo celsitudinem gloriæ ipsius adaugens
 Et ergo nullo pacto repugnat status beatitudinis
 eius neque eam obscurat: sicut neque perpetua hu
 manæ nature ad diuinam, in ipso unio. Sed hac de
 re: in sequenti capite latior ac diffusior futurus est
 sermo.

¶ Sacrum Christi corpus cū māducatur in eu
 charistia, neq; dentiū aut stomachi iniurijs
 exponi: neque in corporis eā sumentis trans
 ire substantiam,

Cap. XII.

D Ecim anona aduersarij obiectio. Nō
 necessariū est ut sicut carnaliter caro
 Christi oblata est: ita & carnaliter pas
 cat. Maior certe est gloria carnis illi
 us benedictæ: q̄ ut dentiū & stoma
 chi iniurijs se exponat, si uisibiliter siue inuisibiliter
 quis id fieri dicat. Non enim parua humiliatio est:
 si uel intacta, in uentris pistrina descendat caro illa:
 q̄ ad dexteram dei collocata est. Tempus autem
 humiliationis præterit: & glorificationis, tempus
 adest. Quare sola spiritalis manducatio & fides
 uerborū dei, cum contemplatione sufficit: q̄ reddat
 nos suo mō hic beatos sicut angelus dei. Hæc Oe
 colampadius. ¶ Responsio. Si intelligat aduersari
 us nō uecessarium esse quod nos sacra Christi ca
 ro pascat carnaliter: id est secundū uisibilē carnis
 formā, oculis humanis obiectam, sicut fuit in cru

1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 Quō cor
 2
 pus Chri
 sti nos pas
 cat carnali
 ter: & quo
 mō non.

DE SACRAMENTO.

Urban. 4

Anselmus

Matth. 15.

ce immolata: id libenter ei annuimus. quandoq̄
 talē ex carne Christi passum quærere inhumanum
 prorsus foret & horridū. Si præterea intelligat etiā
 nō esset opus, quod nos eadem Christi caro pascat
 carnaliter: id est secundū modū naturalē & sensibi
 le, quo uirtutis altricis efficacia transeat ipsa in no
 stræ carnis substantiam, more aliorū ciborū corpo
 raliū: q̄ conuertūtur in eius quod nutritur naturā,
 & illud etiam illi uero admittimus. Nepe ut in lo
 co illo Clemencinarū constitutionum, præclara sa
 cramenti eucharistiæ præconia cōtinente, & iā sæ
 pius citate: dicit Urbanus quartus. hic est cibus q̄
 plene reficit, uere nutrit, summeq̄ impinguat: nō
 corpus sed cor, nō carnem sed animam, nō uentrē
 sed mentē. Et paulo post. hic panis sumitur: sed ue
 re nō cōsumitur, manducatur, sed non transmuta
 tur: quia in edentē minime transformatur, sed si di
 gne recipitur: sibi recipiens cōformatur. Cui cōso
 nat Anselmus: in libro de corpore & sanguine
 Christi dicens. Sumpta ore carnis nræ caro Chri
 sti: nequaquam æstimanda est lege communium
 ciborum. hic enim cibus non est uentris sed men
 tis: dissimilis omnino ab illis cibus, de quibus dici
 tur. Omne quod in os intrat: in uentrem uadit, &
 per secessum emittitur. Hic est cibus qui non ua
 rit in corpus: quia nequaquam sicut alij cibi, in natu
 ram uertitur corporis. sed corpus nostrum in su
 am uertit naturam: & futuræ resurrectioni & per
 petuæ incorruptioni illud præparans & coaptans
 & in nobis est: & ubi erat, scilicet in dextera dei
 patris. Hæc ille. ¶ At si intelligat, obiectās, nō esse
 necessariū quod caro Chri nos pascat carnaliter:
 id est secundū ipsius carnis suæ ueritatem & præ
 sentiā corporalē, sed solū spiritualiter p̄ gratiam

EVCHARISTIAE. II. 121.

spiritus & uirtutem, sine uera eius substantia ibidem praesente; id prorsus inficiandum est. cum interminetur dñs nobis uitæ perpetuæ priuationem nisi eo mō & secundum ueritatem substantiæ, carnem eius manducauerimus. cum ait apud Ioannē: Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem; nō habebitis uitam in uobis. Neq; per huiusmodi manducationem, exponitur ipsa sacrosancta Christi caro iniurijs dentium, aut stomachi; ut assumit praesens obiectio. qm̄ ipsa secundum suam substantiam nec dētium morsibus atteritur; nec natiuo stomachi calore concoquitur, aliorū more ciborū, cum sit impassibilis & incorruptibilis atq; immortalis: sed accidentia tantum & species sub quibus sacre Christi corpus cōtinetur diffecantur dentibus, & digeruntur in stomacho: sine aliqua tñ læsione, iniuria aut diuisione domini corporis. ¶ Porro qm̄ diuina uirtute per consecrationē hostiæ, corpus Christi sub speciebus panis continetur: tam diu (secundum insignium doctorū theologicas inquisitiones discutientium sententiam: admodum rōnabilem & iure amplectendam) manet sub illis speciebus sacrum Christi corpus: quamdiu illæ manent in sua dispositione naturali, in qua panem affecerunt, eundemq; afficerent: si conuersio illa admirabilis per consecrationem in eo facta non esset. siue (quod idem recidit) quamdiu sub illis speciebus maneret & conseruaretur substantia, formaq; substantialis panis, si ad huc ibidem adesset. Cum uero prædictæ panis species p̄ demutationem in ipsis factā decidunt a sua natua & propria cōditione, eo qdem mō, q̄ sub illis amplius nō maneret forma panis substantifica, si nulla fuisset in eo prius facta per cōsecrationem

Ioan. 6.

Q̄ diu sub
spēbus pa-
nis, manet
corpus
Christi.

Q

DE SACRAMENTO

4.
Corpus
Christi: in
uentre su-
mentis
ipsum & i
stomachū
descendere

conuersio: tunc etiam illic definit esse corpus Christi: quod desinente signo: etiam secundum suam rationem signatum desinere solet. ¶ Quocirca nullum putari debet incommodum, nec absurdū illud existimari: si admittatur sacra Christi corpus in eucharistia & in uentrem manducantis ipsum descendere, & in stomachum. cum species ipsae sacramentales, & in uentrem demittantur & in stomachum: illicque aliquantulo tempore (ut uero est simile) incolumes ac inde mutatae permaneant. Neque illud quoquo ignominiosum est aut dedecorosum glorioso Christi corpori: ut quod exinde nullam contrahat aut labem aut maculam, sicut neque ullam coluuiem: si in locum sordidum aut immundū per negligentiam decidere sinatur, aut per impietatem proiciatur. Vnde infirma dinoscitur esse aduersarij ratione cinatio quam hic subtexit: proponens maiorem a quo uideri gloriosae Christi carnis humiliationem, si admittatur in uentrem sumentis eam descendere. quoniam quidem ex huiusmodi demissione ipsius in uentrem aut stomachum: nulla gloriosae eius dignitatis fit diminutio. Ut neque extenuata fuit sacri corporis Christi excellentia & eminentia, eo ipso: quod in uirginali sacratissimae suae matris utero totos nouem menses substiterit & requieuerit. Veruntamen illud insuper est tenendum, quod sanctissimum Christi corpus, siue uentre sumentis siue stomacho receptum: nequaquam more alimentis corporalis & naturalis transmutatur in substantiam eius qui illud manducauerit, per natiuam concoctionem aut digestionem. Nulli siquidem demutationi aut conuersioni in alienam substantiam: ipsum iam immortale, impassibile & gloriosum corpus est obnoxium. Quod & eximius patrum Hugo de S. Victore, confirmat

in libro secundo de sacramentis: cap. decimotertio octauæ partis, ita de dignissimo eucharistiæ sacramento loquens. Cibus iste: aîæ, nō corporis est. Nō in illo q̄rere consuetudinē cibi corporalis. uenit ad te ut comedatur: nō ut cōsumatur. uenit ut gustetur: non ut corporetur. Augusti. uocē de cælo audiuit: quia hoc terrenis illi dici aut responderi nō. potuit. Cibus sum grandî: cresce & manducabis me. non ut me mutes in te, sicut cibū carnis tuæ: sed tu mutaberis in me. Hec ibi. Ecce testimoniū probatissimū, ab hominibus, ecce testimoniū de cælo: quod cibus iste sacratissimus quantū ad substantiā corporalem carnis in eo præsentē, non transmutatur in nos: nec in nostrā cōuertitur naturā, more naturalis alimēti. ¶ Proinde reijcēdi sunt prorsus ut inepti ac insulsi, q̄ arbitrantur p̄ māduca-tionē ueræ carnis Christi: ipsum corpus eius de bere nostrā ingredi carnē secundū suā substantiam illiq; per insitionē quandam uniri, ut cibus corporalis post sui concoctionem unitur corpori animato: quod ab eo nutritur. Est enim hæc, crassa nimirum cogitatio, & supinæ mentis: quæ super-cœlestia sunt carnaliter metientis, & non dijudicantis neque discernentis corpus domini a communibus cibis. Enimuero spiritualis est cibus (in quo tamen corporaliter & secundum ueritatem corporalis substantiæ: caro Christi sumitur) non traducitur in qualitates & proprietates corporis humani. sed e diuerso suas qualitates gratiarumq; dona, in eum qui digne ipsum manducat, transfert: animam eius replens charismatum muneribus, & corpus ipsum ad incorruptionē gloriosamq; immortalitē suo tēpore percipiendā præparans, quemadmodū ex Anselmo jã est auditum

Hugo de sancto Vi-ctore.

S
Corpus
Chrī non
transire in
nrī corpo-
ris substā-
ciam.

DE SACRAMENTO

Præterea, sacratissima Chri caro effrenes nostræ
 carnis concupiscentias: iram, gulam, libidinē, transfu-
 sione suæ uirtutis (ut ita dixerim) in corpora no-
 stra, sedat, mitigat, & comprimit. Vt salutare cense-
 ri debeat & rectum eorū monitum: qui contra gra-
 ues carnis tentationes consulunt utendum esse fre-
 quenter antidoto sacrosanctæ eucharistiæ. cuius effi-
 cacia: restinguuntur in nobis incendia libidinum.
 Neq; id quidem: ab re admonent. nã cum cibus cor-
 poralis suas qualitates salutes & natiuas transmit-
 tat in sumentes ipsum: nonne & cibus iste spiritua-
 lis atq; cœlestis, utpote caro Christi purissima &
 ex uirgine matre sumpta, in qua munditiæ uirgi-
 nalis oimoda est exuberantia: hanc puritatis suæ
 transfusionē in eos q; digne ipsum sumpserint, eti-
 am opabitur? ¶ Et quis eximie humilitatis Chri-
 sti id sit argumentum, q; patiat se manibus hu-
 manis in eucharistia correctari, sumi q; ore & mā-
 ducari: hmōi tñ humiliatio nequaquam derogat aut
 præiudicat gloriæ carnis eius sacratissimæ in cœ-
 lo. qm̄ nec ignominia cōiuncta est nec passionis i-
 iuria: sicut añ horā suæ resurrectionis fuerat: Præ-
 terijt qdem tēpus humiliationis illius, qua factus
 est pro nobis opprobriū hoīm & abiectio plebis:
 quoniã tempus glorificatiōis iã adest, cui talis hu-
 miliatio repugnat. Non tamen præterijt tēpus hu-
 miliationis gloriosæ: qua sine extenuatione dimi-
 nutioneq; suæ gloriæ, imo cum illius augmento,
 ita condescendit hoibus: ut se ab eis tangi & man-
 ducari sinat. Non. n. contaminari potest immun-
 ditjs earum partium corporalium a qbus contin-
 gitur: siqua fortasse in illis essent inquinamenta. ut
 neq; solis radius polluitur sordibus feculentæ ma-
 teriæ corporis inferioris: qbus irradiat & superfun-

6
 Hūilitates
 Chri in eu-
 charistia:
 nihil detra-
 here eius
 gloriæ
 Psalm. 21.

ditur. Sed nonne cum nostræ naturæ formā assum-
psit dei filius in unitatem personæ: humiliavit se-
metipsum, formā serui accipiens & habitu inuen-
tus ut hō? Et qm̄ perpetua est illa uerbi dei cū hu-
mana natura unio: atq; indisseparabilis: perpetua
est etiam illa humiliatio, qua infinitum finito, im-
mensum circumscripto, & æteruum non æterno,
ineffabiliter coniunctum est. Huiusmodi tñ nunq̄
desitura humiliatio, nequaq; glorificationi Christi
aduersatur, imo eam reddit sublimiorem & excel-
lentiorē. Haud secus & hæc condescensionis be-
nignissimæ Christi ad nos, qua se nobis in cibum
communicat, humiliatio: non est cōtraria eius glo-
rificationi neq; eam obscurat, quin potius efficit
eam cumulationem & ampliorem. Quocirca ab-
negandum est prorsus, solam manducationem Eu-
charistiæ spiritualem cum fide uerborū dei: ad saltē
nobis sufficere, cum ad sacramentalē sumptio-
nem nos Christus sub graui cōminatione obstrin-
xerit, dicens: Nisi manducaueritis carnem filij ho-
minis & biberitis eius sanguinem: non habebitis
uitam in uobis. Cum etiam frequētandum eucha-
ristiæ mysterium apostolis mādauerit dñs noster
his uerbis, hoc facite in meam cōmemorationem.
Cum deniq; ecclesiastico instituto, fideles aduiti:
quotannis ad illius sacramēti sumptionē sint astri-
cti. Neq; fides uerborū Christi, sine operibus man-
datoꝝ eius, & obedientia tam ei q̄ ecclesiæ ipsius
præstanda, ad salutem sufficit: sed ociosa est & in-
anis atq; mortua, quoniam charitati non est cōiun-
cta. Certe B. Paulus fidem per charitatem opera-
tur: affirmat esse accommodam & utilem ad saltē
tem. At qui deum & ecclesiam aspernatur: quo-
modo hanc habet fidem.

Philip. 2

Ioan. 6

Luc. 22

Iaco. 2

Gala. 5